

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Elogium in armaturam Gallicam

[S. l.], [1673]

[Elogium in armaturam gallicam]

[urn:nbn:de:bsz:31-109836](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109836)



E

in Armaturam Gallicam;

Novus Pompejus!

Ludovicus XIV.

terram caleat,

Exercitus surgere jubet

Merito Pompejus

cui

Pompone servit,

Sed

Propagaturus latius Regnum Gallie;

Ingens spiritus

In nimis angusto habitat Regno:

accedente verò utroque Belgio,

Hispanico nempe & Batavico

Satius se extendet,

Et

Imperium Germanie

quod ambiunt Reges Gallie

tanquam ipsis à Carolo Magno debitum

armis reposcet

unoque

Post alterum

Sublato Imperii Principe,

facto in **LOTHARINGICO** Inire

Pileum libertatis

Germanis excutiet,

Sed

spes est

quod

Sicut Germanie, ne potentissimi quidem Turbines

pileum eripuerit

Ita

nec ventus

à Gallia afflans tempestatem

excutiet;

Avitam enim libertatem tuebitur Germania;

Nihil magis Germania didicit quam

bellare,

omni tempore Martis officina

dives Animorum

petita armorum

Gallus ipse, sperare victimam non aude;

nisi ope Germanorum,

Quis

Z

. 586.

Quos
 Auto, ad signa alliciunt Duces;
 Non ferent Germani sibi, ab illis imperari,
 qui non sine vitio
 imperarunt,
 extra unum
 verè
 Magnum,
 Et
 unicum primum
 Carolum Parentem,
 Et
 Ludovicum Filium
 orbe teste
 probantibus fastis,
 Reliqui
 sunt dicti calvi, crassi, simplices;
 Id unum
 BVCELINVS vocat
 PLANE NIHIL
 Et adhuc Galli sunt
 Calvi,
 quia tegere non possunt horrenda quæ
 patrant facinora,
 Balbi sunt,
 quia cum veritate hæsi-
 rant
 Et
 fidem perdiderunt licet Christianissimi.
 Crassi sunt,
 quia libertatem Imperii opprimunt,
 Et Electorum libertatem extirpare intendunt,
 ut manibus palpatur,
 Simples sunt,
 quia dum aliis imponere student
 sibi imponunt quàm maximè.

Quanto amabiliora data sunt Austriacis.
 Legite si placet Annales Politicos.

Rudolphus primus	Victoriosus.
Albertus primus	Triumphator.
Fridericus tertius	Pulcher.
Albertus secundus	Honorificus.
Fridericus quartus	Pacificus.
Maximilianus primus	Fortis.
Carolus quintus	Maximus.

Ferdi-

Ferdinandus primus	Iustus
Maximilianus secundus	Prudens
Rudolphus secundus	Terror orbis
Matthias Primus	Bonus
Ferdinandus Secundus	Pius
Ferdinandus Tertius	Sapiens
Ferdinandus Quartus	Amabilis
Leopoldus Primus	Felix.

An non hæc Encomia præferenda.
 Nunquid decent Generosos, German. Spiritus?
 Victoriis assuetos & Triumphis?
 Nihil dignum Imperio apud Gentem Germani-
 nisi magnis virtutibus conspicuum,
 Habetis adhuc jus eligendi Germani,
 utimini,
 Post erit occasio Calva.
 Bene spero,
 quod Armatus Gallix Rex computum fecerit
 sine Hospite:

Et
 Quod verum tandem agnoscat illud Psalmi 20.
COGITAVERVNT CONSIL. QVÆ NON POTVERVNT
STABILIRE,

Confido,
 quod tantos exercitus non fama celebrabit,
 Sed
 Fames consumer,
 Et

quod Deus Gallos. qui bella volunt, dissipabit,
VIROSq; SANGVIN. ET DOLOSOS ABOMINABITVR;
 Adeoque tandem armatus Gallus non tantum erit
 Calvus, Balbus, Crassus, Simplex:

sed etiam
 nihil,
 Vti omnes Gallix Cæsares jam sunt
 nihil
 Exspectetur eventus per quem sit statura Victoria,

An
 penes Delphinum eum Capite,
 penes Salpam sine Capite,
 Quamvis

in Patria caput habeat
 Non pender victori ab humano Capite,
 sed
 desuper datur.

F I N I S